



Universitätsbibliothek Paderborn

**Sermones de Sa[n]ctis Hyemales, Estiuales, De
festiuitatibus Jesu christi, Beate virginis et alior[um]
Sanctor[um] ... Venera[n]di patris, fratris Nicolai deniise
Ordinis Minor[um] de obseruantia ...**

Denisse, Nicolas

[Augsburg], 1510

VD16 N 1513

S[e]c[und]o q[ui]a fuit mirac[u]losa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30625

matutina. et hoc precipue propter tria.

Primo quod eius natiuitas fuit generosa

Secundo quod fuit miraculosa.

Tertio quod fuit religiosa.

Primo quod fuit generosa

et nobilissimis vix parentibus in britania: huius nobilitati opposuit nobilitatem morum. Hiero. Sola apud deum nobilitas est: virtutibus esse clarum.

Secundo quia miraculosa: quia

ex matre sexagenaria: quod erat presagium gratie proferende beato machuto: sicut legitur de iohanne baptista Lu. j. Et Gen. xxvij. de isaac.

Tertio quod religiosa. **Hat**

est enim in monasterio beati Brendani nocte sancta vigilia pasche. Tunc enim mater eius quae religiosa multum et deuotissima mulier erat ibi de uenerat ad vigilandum et deum orandum. Erat autem eius mater soror hamonis presbiteri sancti: et umbrae presbiteri sancti magdo. ij.

Ps. Hec est generatio quentiam deum re. **Ha** prizat est autem et de sacro fonte a beato brendano quod eum postea ut situm spiritualem fideliter enutritum. Quasi autem scitatis baptizantium presbiteri baptizato: videre potes s. ser. beati Hilarii colaparte prima.

Secundo fuit quasi luna plena in sua plenitudine. Luna inquam plena pro plenitudine virtutum. **Ps.** Luna perfecta in eternum. **Por** g. dicit de beato machuto ille quod beatus Lan. vij. mirando tamen femininum in masculinum. Quis est iste qui progreditur quasi aurora surgens pulcher ut luna. Hunc autem pro merito eius fulgore tria declarat.

Primum est doctrine capacitas.

Secundum est morum suorum grauitas.

Tertium est miraculorum veritas.

Primum est doctrine capa

tas. Non enim ut solet puerilis etas litterarum discipline fugiebat laborum sed animi alacritate affectabat et comitate se christi gratia ita diuine sapientie cibum hauriebat ut exinde non modice oppletus plus tunc esuriret. **Eccl.** xxij. Qui edunt me adhuc esuriunt. **Eccl.** xv. Impleunt eum dominus spiritu sapientie.

Secundum est morum grauitas.

In puericia eius iam moribus sublimis erat. **Et**

in etate tenero: tunc fortis: et ab adolescentia multis vigilis et ieiunijs macerabat corpus et inquam alter Tobias ab infantia sua spiritum deum tenuit: ut dicitur Tobias. ij. **Thren.** vij. Bonum enim viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua.

Tertium est miraculorum veritas.

ta s. Lepit enim ab adolescentia et infantia conriscare miraculis. **Ob**ediuit ei terrarum mare: ut patet in insula quae facta est diuinitus per conseruationem eius inter undas maris. **It** em obediuit ei alga maris quam misit ad psalterium sibi transferendum super undam maris. **Item** ignis sibi obediens: ut cum portauit carbonem in gremio suo: et cum reuersus ad magistrum suum reperit candelam iam ab angelo celitus accensam. **Ex** his itaque declarat puritatem innocentiam et pios pueri machuto. In statu enim innocentie omnes creaturam sensibiles obediens fuisse homini: ut patet Gen. j. **Et** de predicta et etiam sequentia amplius in **Legenda**.

Tertio fuit quasi sol in perfecta etate. **Isa.** xl. **Stetit** sol in medio caeli. **Eccl.** i. ecclesie militantis. **F**uisse autem perfectum triplici lumine.

Primo lumine frivole exemplationis.

Secundo lumine gratiose instructionis.

Tertio lumine miraculose operationis.

Primo lumine virtuose

exemplationis. de quo **Mat.** v. **Luceat** lumen vestrum coram hominibus etc. **Luxit** autem precipue hoc modo tripliciter in quantum nobis reliquit exemplum triplicis virtutis ad quod etiam tres virtutes intelligi possunt reduci alie. **Primum** est exemplum corporalis castificationis. **Semp** enim virgo permansit. **Tantum** autem zelum ad virginalem puritatem habuit ut necdum ipse sibi sufficeret angelicam in terris vitam ducere: verum etiam quoscumque potuit celibi associavit vice. **Bern.** **Quid** castitate decorum quod mundum de imundo conceptum semine facit: et de hoste domesticum: de homine angelum. **Differunt** enim inter se homo pudicus et angelus: sed felicitate non virtute. **Est** illius castitas felicitior: huius fortior esse dinoscitur. **Hec** ille. **Ut** autem semper carnem spiritum subiceret: spiritum in victu parsum non seruauit. **Et** postquam monasticum habitum induit: carnem deinceps non comedit. **Ber.** **Sustato** spiritu necesse est desigere carnes. **al**

DD